Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De Methoposcopia Astronomica

Finella, Filippo

Antuerpia, 1650

De Duodecima Domo. Cap. XII

urn:nbn:de:bsz:31-95557

Visual Library

De Duodecima Domo.

Caput XII.

LOnga doctrina, & experientia obſeruatũ fuit ab Aſtrologis duodecimam domum Zodiaci ſignificatum præbere plurium perturbationum generum, nempè carcerũ, exilio rum, inicorum, ex animalibus quatrupedibus, damnorũ, ſexcentarum aliarum tribulationũ; vt finẽ imponamus huic opuſculo, breuiter deſcribemus delineamenta ſimilia indicantia; reſeruantes ad alios tractatus diſſerere de multis obſeruationibus tempore, & labore compaginatis. Sic ergo continuabimus.

FIGVRA CCCLXXV.

Habens duas lineas, vnam breuem, & rectam in ſituatione Martis, & alteram in ſituatione Solis cum ſemicirculo in ſui medio, vt in fig. 375. carceribus, & tormentis tradetur.

FIGVRA CCCLXXVI.

Habens tres lineas duas breues, & rectas oppoſitas in ſituatione Martis, & vnã tortuoſam ex parte dextera in ſituatione Veneris, vt in fig. 376. in carceribus, & tormentis erit ſitus.

FIGVRA CCCLXXVII.

Habens tres lineas vnam tortuoſam ex parte dextera in ſituatione Martis aſcendentem vſq; ad illã Iouis, ſecundam breuem, & rectam in ipſa parte dextera in ſituatione Veneris, & tertiam ex parte ſiniſtra, vt in fig. 377. longo tempore in carceribus detinebitur.

FIGVRA CCCLXXVIII.

Habens quatuor lineas vnã breuem in ſituatione Iouis, vnam tortuoſam in illa Martis, vnam rectam in ſituatione Veneris ex parte ſiniſtra, & vnam obliquam in ipſa parte ſiniſtra in ſituatione Mercurij, quæ deſcendat vſq; ad illã Lunę, vt in fig. 378 incarceribus remanſerit.

FIGVRA CCCLXXIX.

Tres lineæ vna tortuoſa in ſituatione Mercurij, quæ deſcendat vſque ad ſituationem Lunæ ex vna parte, & ex altera aſcendat vſq; ad illam Solis, vt in fig. 379. tormenta, & carceres portendunt.

FIGVRA CCCLXXX.

Habens duas lineas vnam curuam in ſituatione Martis,& alteram facientem angulum ex parte ſiniſtra, vt in fig. 380. diuturnas carceres experietur.

FIGVRA CCCLXXXI.

Habens vnam lineam longam,& vndatam in principio ex parte dextera in ſituatione Martis,& alteram obliquam inter duas ſituationes Mercurij, & Lunæ, vt in figur. 381. diu prohibebitur è carceribus exire.

FIGVRA CCCLXXXII.

Habens vnam lineam obliquam deſcendentem à ſituatione Saturni, & tangentem ſituationem Solis, cum lineuncula, quę ſe intrinſecat cum ſituatione Mercurij, vt in fig. 382. carcere vexabitur.

FIGVRA CCCLXXXIII.

Habens vnam lineam cum vnco in ſituatione Saturni cum cruce ex parte dextera in ſituatione Mercurij, vt in fig. 383. detrudetur in carceres, & torquebitur.

FIGVRA CCCLXXXIV.

Habens quatuor lineas, vnã bifurcam in ſituatione Saturni, duas oppoſitas in illa Martis, & vnam breuem, & rectam ex parte ſiniſtra in situatione Mercurij, vt in fig. 384. carceribus, & tormentis aſſligatur.

FIGVRA CCCLXXXV.

Habens duas lineas tortuoſas sicut duos arcus, vnã in situatione Martis, & alteram illa Mercurij, vt in fig. 385. carceribus, & grauibus tormentis extruciabitur.

FIGVRA CCCLXXXVI.

Habẽs tres lineas,vnam breuem in ſituatione Martis ex parte dextera, & alterã in ipſa ſituatione ex parte ſiniſtra,cum alia linea perpendiculari, quæ deſcendat à ſituatione Solis vſque ad illam Lunæ,vt in figur.386.erit carceratus,& patria priuabitur.

FIGVRA CCCLXXXVII.

Habens tres lineas, vnam longam, & vndatam ex parte ſiniſtra in ſituatione Martis, & vnam tortuoſam ex parte dextera in ſituatione Mercurij cũ alia linea vndata, & breui ex parte ſiniſtra in eadẽ ſituatione Mercurij, vt in figur.387. diu in carceribus habitabit.

FIGVRA CCCLXXXVIII.

Habens tres lineas breues, & rectas, vnam ex parte ſiniſtra in ſituatione Saturni, vnam longam cum vnco ex parte dextera in ſituatione Martis, & vnam breuem, & rectam in ſitua tione Mercurij, vt in figur. 388. in tormentis, & carceribus conſtituetur.

FIGVRA CCCLXXXIX.

Habẽs quatuor lineas vnam breuem, & vndatam ex parte ſiniſtra in ſituatione Iouis, vnam longam, & rectam in ſituatione Martis, & duas oppoſitas in ſituatione Mercurij, vt in fig. 389. diu in carceribus commorabitur.

FIGVRA CCCXC.

Duæ lineæ vna circularis in ſituatione Mercurij ex parte dextera, & vna ſicut S,ex parte ſin ſtra,vt in figur.390.carceres, & tormenta tribuunt.

FIGVRA CCCXCI.

Habens quatuor lineas, vnã vndatam , & breuem ex parte ſiniſtra in ſituatione Saturni,& vnam vndatam non completam in ſituatione Martis cum alia lineuncula quæ ſe intrinſecat cum duobus minimis ramuſculis, ideſt vnum cruciatũ ex parte dextera inter duas ſituationes Mercurij,& Veneris, & alterum vndatum ex parte ſiniſtra in ipſa ſituatione Veneris, vt in fig.391.lõgo tempore manebit in carceribus

Fi-

FIGVRA CCCXCII.

Vna linea perpendicularis deſcendens à ſituatione Martis vſq;ad illam Lunę cum duobus ramuſculis; quorum vnus ſe intrinſecat in ſituationem Martis,& alter in ſituationem Solis, vt in fig. 392. longã carcerem , & tormenta minantur.

FIGVRA CCCXCIII.

Habens vnam crucem in ſituatione Martis cũ duobus ramuſculis deſcendẽtibus deorſum, vnus à dicta ſituatione vſquè ad ſituationem Veneris, & alter vſq; ad ſituationem Mercurij, & alteram lineã rectam in ſituatione Solis, ſe intrinſecantem cum illo ramuſculo , qui deſcendit ab illa Martis,vt in fig.393. carceribus, & exilijs afficietur.

Fi-

FIGVRA CCCXCIV.

Habens tres lineas duas re-ſtas,& breues vnam in ſituatione Martis,& alteram in illa Iouis ex parte dextera, & tertiam tortuoſam, vt videtur in fig. 394. longis carceribus caſtigabitur.

FIGVRA CCCXCV.

abens duas lineas ſemicirculares, vnam quæ venit à ſituatione Veneris, & perueniat vſq; ad illam Lunę ex parte dextera, & alteram obliquam ex parte ſiniſtra inter duas ſituationes Mercurij, & Lunæ, vt in figur. 395. carceribus, & exiliis macerabitur.

FIGVRA CCCXCVI.

Qui habebit tres lineas, duas rectas, & oppoſitas in ſituatione Solis, & vnam in medio perpendicularem, quæ deſcendat à ſituatione Solis, vſq; ad ſituationẽ Lunæ, vt in fig. 396. carceribus, & exiliis attenuabitur.

FIGVRA CCCXCVII.

Habens vnam lineam perpendicularem ex parte ſiniſtra cum tribus ſemicirculis intrinſecatis deſcendentibus à ſituatione Martis vſque ad illas Mercurij, & Lunæ, vt in fig. 397. carceribus, & exilijs punietur.

FIGVRA CCCXCVIII.

Habens quinque lineas vnam longam in ſituatione Saturni, vnam breuem in ſituatione Martis ex parte dextera, vnam vndatam, & tortuoſam ex parte ſiniſtra in ſituatione Veneris, & duas perpẽdiculares inter duas ſituationes Mercurij, & Lunæ, vt in fig. 398 ab inimicis perſequetur.

FIGVRA CCCXCIX.

Habens vnam ſolam lineam ſemicircularem inter ſituationes Mercurij, & Lunæ ex parte dextera, vt in fig. 399. per manus ſuorũ inimicorum.

FIGVRA CCCC.

Habens vnam lineam longam in ſituatione Martis, quæ ſe intrinſecat ab vna linea ſemicirculari in parte ſiniſtra, vt fig.400.à ſuis inimicis interfectus erit.

FIGVRA CCCCI.

Habens vnam lineam longam in ſituatione Martis cum duobus ramuſculis obliquis, quorum vnus ex parte dextera,& alter ex ſiniſtra deſcendunt vſque ad ſituationem Veneris, vt in fig. 401. à ſuis inimicis mactabitur.

FIGVRA CCCCII.

Habẽs vnam lineam tortuoſam ſicut S, veniẽtem à ſituatione Solis, & deſcendentem vſq; ad ſituationẽ Lunæ, vt in figur. 402. erit trãſfoſſus à ſuis inimicis.

FIGVRA CCCCIII.

Habens vnam lineam cruciatam in ſitutatione Solis aſcendentem vſq; ad ſituationem Iouis, & deſcẽdentem vſq; ad ſituationẽ Mercurij, vt in ſig. 403. immolabitur iræ inimicorũ ſuorum.

FIGVRA CCCCIV.

Habentem duas lineas lineas obliquas vnam in ſituatione Iouis, & alterã in ſituatione Martis, vt fig. 404. offendent quatru pedes.

FIGVRA CCCCV.

Habens duas lineas vnam lōgam & rectam in ſituatione Martis, & alteram breuiorem in ſituatione Solis, & alias duas perpē-diculares in duabus ſituationibus Mercurij, & Lunę, vt in fig. 405. à quatrupedibus lædetur.

FIGVRA CCCCVI.

Habens tres lineas vnam cum vnco in ſituatione Martis, & vnam ſicut 7, ex parte dextera in ſituatione Veneris, & alteram breuem ex parte ſiniſtra in ſituatione Mercurij, vt in fig 406. detrimenta ſufferet à quatrupedibus.

Fi-

FIGVRA CCCCVII.

Habens quatuor lineas vnã profundam in ſituatione Saturni, vnam in ſituationẽ Martis, vnam breuem in ſituatione Mercurij ex parte dextera, & vnam ſicut 2, ex parte ſiniſtra, vt in fig. 407. cadet ex equis.

FIGVRA CCCCVIII.

Habens vnam lineam, ſicut character, confuſam in ſituatione Iouis deſcendẽtem vſque ad ſituationem Solis, vt in fig. 208. damna patietur à quatrudebibus.

FIGVRA CCCCIX.

Habens quatuor lineas, id eſt vnam obliquam in ſituatione Saturni deſcendentem à parte dextera vſq; ad ſituationem Iouis, & aliam cum vnco ex parte ſiniſtra in ſituatione Veneris, & alias duas obliquas ex parte dextera in ſituationibus Mercurij, & Lunę, vt in fig. 409. à quatrupedibus erit interemptus.

FIGVRA CCCCX.

Habens vnam lineam ſicut cõfuſus character in medio frontis inter tres ſituationes ſcilicet Martis, Solis, & Veneris, vt in figur. 410. damna patietur ab equis.

Hactenus de Aſtrologicæ Metopoſcopiæ figuris à nobis ſcriptum eſt in hoc quarto tractatu; primum opus ad ſtudioſorum vtilitatem ſub configurationibus duodecim ſignorum cœleſtium propalatum; capiant legentes animum iuuandi, & inſeruiendi.

FINIS.

PH

PI

Duodec

in 3

cu

ANTVER

Apud B